AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS. REGULAE MONACHORUM
2. Hälfte 12. Jh. Seite 99v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Synonime.

non ad consolationem. sed ad temtationem. Locuntur simulate.
querunt quid audiant. querunt quid prodant. explorant unde
decipiant. Ego autem reclinato capite. humiliato uultu. depo
sita facie. sileo. taceo. incepto persisto silentio. Ori meo custodiam
posui. ori me signaculum dedi. Uocem ad sermonem repressi.
linguam a locutione restrinxi. Etiam de bono interrogatus
taceo. malui enim reticere improbis quam respondere. Illi enim
non quiescunt. illi amplius seuiunt. Percussum amplius persecuntur.
magis magisque irruunt super me. Obstrepunt etiam super
me clamoribus. iactant in me petulanter conuicia. Uoce.
ambitu. strepitu. super me prosiliunt. uoce aperta contume
lias. et obprobria super me iactant. Ab alio prouocati. ad
me omnes arma conuertunt. Omnes in me seuiunt. omnes
in exitium meum intendunt. omnes in mortem meam manus
suas preparant. In tanto igitur metu in tanto pauore. in tanta
formidine contabui miser. pallui miser. ex sanguis
effectus sum. emarcuit cor meum. Pauore estuo. formidi
nis metu tabesco. timor et tremor animam meam quassa
uerunt. Si exilio truss sum. si exilio damnatus sum. si
exilii penam lugeo. si exilii damnatione gemo. Uinculo
seruitutis additus sum. condicioni spondere pressus
seruili opere mancipatus. In algore. in niue. in frigore.
in tempestatibus. tetris. in omni labore. in omni periculo
positus. post damna bonorum. post amissionem omnium
rerum. in obs et pauper effectus sum. Ego mendico infelix. pub
lice posco alimoniam. Nemo egenti manum porrigit. in
digenti nullus succurrit. Apud nullum miseratione dignus
sum omnium mina desolatus sum. Qui mihi misereatur non est. Omnes